



PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 542/11/I

BEATISSIME PATER,

Aloisius S.R.E. Card. Martínez Sistach, Archiepiscopus Metropolita Barcinonensis, suas libenter faciens preces Magni Prioris Coadiutoris Sacri et Militaris Ordinis Constantiniani Sancti Georgii, Delegationis Principatus Catalauniae, reverenter exponit Indulgentiarum donum, de mandato Beati Ioannis Pauli Pp. II, Decessoris Tui, a Paenitentiaria Apostolica, per Rescriptum N. 127/02/I, die 9 Aprilis 2003 ad septennium concessum, valde spiritualiter profuisse et prodesse plurimis christifidelibus qui, praesertim die 23 Aprilis, in litúrgica commemoratione Sancti Georgii, sacram visitant eiusdem reliquiam in cappella Barcinonensis Cathedralis, sub tit. Visitationis Beatae Mariae Virginis, publicae veneationi expositam.

Quo autem spiritalia bona inde manantia in posterum etiam redundant, Em.mus Orator petit a Sanctitate Tua ut iam concessa gratia prorogetur. Et Deus, etc.

Die 30 Martii 2012

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, vi facultatum sibi a Summo Pontifice tributarum, oblates libenter preces excipients, imploratum donum *in aliud septennium* prorogat.

Contrariis quibuscumque minimi obstantibus.

EMMANUEL S. R. E. Card. MONTEIRO DE CASTRO

Paenitentarius Maior

✠Ioannes Franciscus Girotti, O.F.M. Conv.

Regens